

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

328. An Clerici in grauissimis delictis, & criminibus priuentur omni  
priuilegio fori ante aliam sententiam depositionis, vel degradationis iudicis  
Ecclesiastici? Et an Clericus incorrigibilis amittat ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

# De Immun. Eccles. Resol. CCCXXVIII. 273

vit facit P. Rabard, pro firmanda oontraria sententia, leges aliquorum Regnorum, per quas procedunt contra Clericos rebelles, hoc est adducere inconueniens. Principes enim laici nihil possunt statuere contra libertatem Ecclesiasticam, & licet, dato, & non concessio, quod immunitas Clericorum non est à iure Diuino, sed processisset ex eorum priuilegiis, amplius ipsi non potuerunt, nec possunt circa dictam immunitatem aliquid innovare, nec illam moderare, aut restringere, ut supra probatum est. Vnde Cabedo part. 2. decif. 83. num. 2. docuit? Quod leges Principum secularium in quibus crimen læsa Maiestatis punitur, non possunt comprehendere, nec ligare Clericos, iuxta notata in cap. Ecclesia Sancte Marie, de confit. & cap. fin. de reb. Eccles. non alien. Hinc recte Martha de iuris d. part. 4. Centur. 2. cap. 13. num. 28. sic afferit. Licet in Regno Neapolis sit Constitutio, qua incipit: De personis, per quam disponitur, quod semper Clericos delinquens in quoconque delicto, debet agnosciri, & iudicari per suum Episcopum, excepto si commiserit crimen prodictionis contra Regem, vel aliud magnum crimen; quia tunc debet iudicari per Iudices secularares ipsius Regis: Tamen illa Constitutio est contra omnia iura; Primo ex defectu iurisdictionis, contra cap. Ecclesia Sancte Marie de confit. Item contra Authen. Statutum, C. de Episc. & Cler. per quam Auth. Andr. ibi, expresse tenet Constitutionem non valere: Et scribit Bald. in cap. § Clericos de pace tenenda. Denique quia conuentum fuit inter Carolum I. & Ecclesiam Romanam in inuestitura Regni, quod Rex nullam habeat iurisdictionem in Clericos, nisi ratione feudi: ut testatur Andreas, in suo Repertorio posito post Constitutiones Regni in ver. Clericus si fuerit criminaliter. Et afficit. in d. Constit. de personis, num. 2. in fin. Et licet Clarus, in d. §. Læsa Maiestatis, ver. Hinc infertur, in fin. Et in §. finali quæst. 36. ver. Quaro nunguid. dicat, quod in hoc casu Principes seculares de facto seruant contrarium: Tamen adiunt remedia Ecclesiastica, & Episcopi, nisi fuerint negligentes, potuerunt eis vt, monendo, declarando excommunicatos, & tandem subiiciendi loca interdictos, & possunt etiam feudis priuari, si qua tenent ab Ecclesia, d. Auth. Statutum, & cap. Grauem, de sent. excommunic. Et si propter negligientiam Episcopi fuerint per Iudicem laicum puniti, credo, quod Episcopus etiam incidet in eandem excommunicationem. Ita Martha, vnde protus corruit opinio Rabardei. Et caueant Principes illam in præsum deducere, sed in facti contingencia imitentur Christianissimum Regem Ludouicum XIII. Galliae Regem, qui ad Sedem Apostolicam recursum habuit ut pater ex Bolla Vrbani VII. data in Arce Gandulphi die 8. Octobris 1632.

6. Notandum est etiam hic obiter, omnia supradicta ita esse vera, quod neque Clericus, si feudum a seculari teneret, posset ratione delicti, etiam criminis læsa Maiestatis, personaliter distingui, cum Dominus rationale delicti, non habeat in Clericum Vassallum personalem distinctionem. Abb. in d. cap. Verum, num. 17. 23. & 24. vbi post Io. Andr. dicit hanc opinionem esse veriorem & tutiorem. Et ibidem Barbar. de for. comp. Bald. in cap. Delictis, num. 10. de appell. DD. in Clem. 1. de Offic. Ordin. & in Clem. Pastorali, de re indic. Ioan. Andr. in cap. emic. vbi etiam Gemin. de Cler. coning. in 6. Nec vbi Clericus Vassallus priuandus venit propriet distinctione factam, seu læsam Maiestatem, potest Dominus feudi, seu Iudex secularis cognoscere directe, neque indirecte, neque in consequentiam, puta ciuiliter de crimine ad priuationem feudi procedendo, sed solum Iudex Ordina-

tius Ecclesiasticus ipsius Clerici, hoc facere poterit. Innoc. in cap. non minus, num. 4. de immun. Eccles. & in d. cap. Verum, vbi post eum dicit Abb. num. 17. & Hostien. num. 2. Soccin. Sen. in cap. in transmissa, in quæst. 1. & 3. principialis membrum de for. comp. & consil. 12. n. 12. & 23. vol. 1. Hostien. in tit. de feud. S. fin. Roland. d. consil. 4. num. 35. volum. 1. Bero. consil. 82. num. 11. & 12. vol. 1. Clari. in § fin. quæst. 36. num. 23. Menoch. de recuperand. posse remed. 3. num. 422. & 477. Rurd. consil. 338. num. 23. volum. 5. Roderic. quæst. regular. tom. 2. quæst. 62. art. 10. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 10. cap. 19. quæst. 9. & 10. Et in cunctu quo à sententia per huiusmodi iudicem Ecclesiasticum lata appelleretur, non ad Iudicem Laicum feudalem, sed ad Iudicem Ecclesiasticum Superiorum. Bero. d. consil. 82. n. 13. Quia omnia adnotat Bellettus, in disquis. Cler. p. 1. tit. 3. §. 1. n. 11.

7. Igitur ex omnibus supradictis clare patet, mālē P. Rabardeum Principibus laicis iurisdictionem Sup. hoc præbuissim in Clericos perduelles: Quid cum ipso quoad Episcopos infra perferam fecerunt Hæretici nostri temporis, vt Hunius in Ref. 332. s. 50. in Refolut. ad Treutlerum, vol. 2. dispu. 32. Thes. 1. quæst. 5. & Besoldus in Polit. lib. 1. cap. 2. num. 19. & seq. antequam Lutheranismum abiurassent: Quibus addo Paurmeisterum de iurisdict. lib. 2. cap. 9. lib. 2. num. 102. Scipionem Gentilem de iurisdict. lib. 2. cap. 14. Ioachinum Stephanum de iurisdict. lib. 2. cap. 2. Theunerum in Differ. de criminis læsa Majestatis, Thes. 6. Parvum in Commen. ad Epist. d. Pauli ad Romanos cap. 13. dub. 1. & 2. Harpprechtum, Commen. ad Institut. Justin. tom. 4. tit. de publicis iudic. §. 3. n. 38. Anonymum Iurisconsultum Westphalæ, in Differat. Iuridico-Politica. de iure Principatus, conclus. 49. Vintherum in Differat. Politico-Iuridica de Republica, concl. 97. Bocerum de crimi. læsa Majestatis cap. 1. num. 16. Et alios eiusdem farinae homines: Videat P. Rabard. cum quibus commilitonibus pugnet aduersus omnes Theologos, Canonistas & Iuristas, & contra Doctores sue dignissimæ, & doctissimæ Religionis.

## RESOL. CCCXXVIII.

*An Clerici in gravissimis delictis, & criminibus priueniatur omni privilegio fori ante aliam sententiam depositionis, vel degradationis iudicis Ecclesiastici?*  
*Et an Clericus incorrigibilis amittat priuilegium fori ante iudicis Ecclesiastici declarationem?*  
*Difficilat tamen est, an Clericus pro enormissimo crimine sic degradandus. & curia seculari tradendus absque eo, quod non sit incorrigibilis?*  
*Et quid de Clerico etiam in Sacris constituto, qui dimisit Tonsum & vestibus Clericalibus, variis & enormibus delictis se immiscuit?*  
*Et an Clericus assassinus non possit à iudice laico puniri, nec subiici eius iurisdictioni, nisi prius constet de qualitate assassinij, & præcererit sententia declaratoria iudicis Ecclesiastici?*  
*Et in §. nono huius Resolutionis explanatur, quod quando nascitur inter iudicem Ecclesiasticum, & secularrem dispenso, ad quem ipsorum iurisdictione pertineat: definitio pertinet ad Ecclesiasticum: Ex part. 7. tr. 1. Ref. 13. alias. 11.*

*Affirmatiuam sententiam docet Rabardeus*  
*§. 1. aff. 2. num. 5. fol. 27. vbi sic ait: Hanc sententiam approbat vir doctissimus in iure bene peritus Nicolaus Boëtius, in Decisionibus Burdegalensis, vbi ex sensu aliotum Doctorum, probat Clericos in mul-*

*Sup. hoc in Ref. not. seq. per tot. & lege supra doctrinam.*  
*Ref. 109.*

& aliarum  
Re*iol.* & §§.  
cuius anno*ta*  
tionum, & ad  
fulciendam  
doctrinam  
huius Ref.  
vide duas  
prae*ced.* Ref.  
& infra ad  
medium §.4.  
huius Ref.  
tis casibus priuatos esse priuilegio fori, siveque posse à  
Magistratibus laicis puniri, quod sapientia factum nar-  
rat in Curia Parisiensi, & Burdigalensi, & hoc in  
Episcopis quoque obseruari posse admonet, & probat  
ex Decreto Pontificis; Quæ fuit etiam sententia  
Francisci Curtii, in suis Consiliis, & Glossatoris, in  
cap. prim. de homicidio in 6. Nam cum Innocentius Pa-  
pa IV. sacri approbatione Concilij Generalis Lugdu-  
nensis constituta, ut quicunque Princeps, Praelatus,  
seu quicunque alia Ecclesiastica persona, secularisve,  
quempiam Christianorum per assassinios occidi fecer-  
it, vel etiam mandauerit (quamquam mors sequuta  
non fuerit) excommunicationis, & depositionis à dignitate,  
honore, ordine, officio, & beneficio incurrit  
sententiam ipso facto. Itaut postquam constiterit,  
probabilibus argumentis, aliquem fœlcul commississe,  
nullatenus alia excommunicationis, vel depositionis,  
seu diffidationis aduersus eum sententia requiratur.  
Ex hac sententia, & Decreto Pontificis, Panormitanus,  
Boëtius, & alij Doctores quos citant, sapientissime  
colligunt, pro hoc, & aliis similibus grauissimis  
criminibus damnableibus, & damnosis, vt loquitur  
Innocentius Papa III. Clericos omnes etiam Epis-  
copos, vel alia quavis dignitate Praelationis insignes,  
ipso facto priuatos esse priuilegio Clericali, & fori,  
neque aliam sententiam depositionis, seu degradationis,  
sive necessariam, præfertim in casu proprie*to* de  
cæde Christiani hominis, per Assassinos procura-  
ta, ut comprehendantur, iudicentur, & damnentur  
à Magistratibus laicis. Ita Rabardeus. Et *panlo infra*  
asserit: Clericos Patrias, viarum Praeditores, falsa-  
rios, & aliis grauibus criminibus infamatos à Iudici-  
bus Laicis, etiam ante præviā degradationem ab  
Episcopo factam, vltimo Capitis supplicio, posse  
damnati.

2. Sed omnia hæc sunt directè contra Sacros Canones, & Ecclesiasticam libertatem. Dico igitur contra Rabardeum, quod Clericus ante degradationem Priuilegium Clericale non amittit. Ut ergo Index secularis propter quodcumque etiam atrocissimum cri-  
men possit de Clerico cognoscere, necesse est Clericū prius degradatione esse, vt in specie notant ex  
Societate Iesu Baumius in *Theolog. mor. part. 2. tr. 6.*  
*disput. 7. de Bulla Cœne. quest. 1. cap. 3. num. 19.* Et Di-  
castillus *de inst. lib. 2. tract. 1. disput. 4. dub. 9. num. 152.*  
Quibus adde Valboam de Magrouejo in *Letiōnibus*  
*Salmat. tom. 2. ad c. 4. de Iudiciis. num. 57.* Fatinacium,  
*quest. 8. num. 74.* qui citat Scacciam, Decianum, Co-  
quaruianum, & alios. Idem docet Ludovicus Paramus,  
in *Confusat. Decret. Venet. c. 4. art. 4. num. 17.* Bonacina  
*tom. 2. disput. 10. q. 2. punct. 1. S. 1. num. 5.* Torreblanca,  
in *Pract. cap. Iris spiritual. lib. 15. cap. 4. num. 11.*  
Gambacorta, in *immun. lib. 7. cap. 15. num. 2.* Magerus  
de *Aduocatio armata. cap. 17. num. 181.* Guazzinus,  
*defens. 39. cap. 1. num. 10.* Et hanc sententiam tenent  
etiam ipsi Hæretici; Et idcirco Conradus Ritterfus-  
suis in *Nouellas Inquisitor. part. 1. cap. 6. num. 76.* sic ait:  
Semper Censura Ecclesiastica degradationis præ-  
dere debet in Clerico, vt possit à seculari Magistrati  
debita pena affigatio est, ne si absque degradatione  
penaret ipsa quodammodo de Religio violata exstī-  
matur. Ita Ritterfussius, cui adde Thomam Mi-  
chaëlem de *iurisdict. conclus. 5. vbi* ita afferit. In Clericos  
Curia secularis nullorum criminum praetextu  
iurisdictio est, nisi ab Ecclesiastico Judice prius de-  
gradari, & illi traditi fuerint. Ita ille, sicut hæreticus.  
Nec aliter sine errore manifesto dici potest: nam hoc  
clarè in multis locis statuerunt Summi Pontifices, vt  
habetur in *cap. Cum non ab homine, de iudic. cap. Nou-  
muss. de verb. signific. cap. de falriorum de crim. fals.*  
*cap. ad abolendam, de Hæreticis.*

3. Hæc tamen regula Generalis limitatur in  
duobus casibus, in quibus Index secularis, absque  
alia solemnni degradatione in Criminalibus potest de  
Clerico cognoscere, quasi verè per Ecclesiasticum  
Iudicem brachio seculari traditus sit. Primus casus est  
in crimine assassinij pròpter quod iure Pontificio  
constitutum est Clericum etiam in sacris, absque villa  
degradatione posse per iudicem secularem puniri;  
Textus est celebris, in *c. 1. de homicidio, lib. 6. vbi* pro-  
batur Clericum Assassinum ipso facto, absque alia  
sententia depositum esse, & ab Ecclesiastico Priuile-  
gio exclusum; Ad cuius Textus explicationem scien-  
dum est Assassinus dici, qui conductus pretio homines  
occidunt; ut ibidem explicant Vamquelius, Imola,  
& Anchiaranus, qui communiter constitutionem il-  
lam intelligunt in omnibus, qui quemcumque Chri-  
stianum occidi iubent per homicidas pecunia condu-  
ctos, etiam si Christiani sint: sequuntur Bartolus in  
*I. non solum. §. 6. mandato. num. 14. ff. de iuriis.* Et in  
*I. Cicer. ff. de Panis. Baldus, & Salicetus in I. non ideò  
minus. C. de accusacionibus. Angelus in *L. qui sepulchra  
C. de sepulchro violato. Hippolitus in I. vni. num. 103.*  
*C. de Raptu Virginum. Quorum sententia consueta-  
dine, & communis & recepta est, ut copiæ notat*  
*Mascardus, de Probationibus, tom. 1. conclus. 137. 138.**

4. Secundus casus est, in quo Clericus etiam in  
sacris constitutus, absque alia degradatione puniri  
poterit per iudicem secularem, videlicet quando ve-  
re incorrigibilis est; Textus est in *cap. Cum non ab ho-  
mine, de iudicis.* iuxta communem interpretationem,  
quam probat Imola, Cardinalis, & Joannes Andreas,  
quotum opinionem uti receptam sequitur Couarru-  
rias in Practicis, *cap. 32. num. 2.* Ad hoc enim, quod  
Clericus incorrigibilis censeatur, multa desiderantur,  
qua referuntur in *cap. Cum non ab homine.* Nam si  
præcesserit post depositionis sententiam triana moni-  
tio, iustissimè Clericus incorrigibilis, & contumax  
priuilegium fori amittit, etiam degradatione non se-  
quuta. Non definam tamen adnotare Castrum Pa-  
laum, *tom. 2. tract. 12. dis. 1. vni. punct. 6. num. 8.* ex Fa-  
rinacio docere degradationem non esse necessariam  
in Clerico minori incorrigibili, secus autem in Cle-  
riko constituto in sacris: Sed magis difficultas est, an  
Clericus incorrigibilis, amittat priuilegium foriante  
Iudicis declarationem. Affirmant communiter Do-  
ctores, quos citat, & sequitur Petrus de Vries ad  
*Rituum 235. M. R. V. part. 2. num. 167.* Quibus ego ad-  
do Seacciam, *tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 55.* & Farina-  
cium *quest. 8. num. 51.* sed mihi magis placet opinio  
Valbox, de Magrouejo in *letiōnibus Salmat. tom. 2. ad c. 2.*  
*de iudicis. num. 124.* Suarez, de *Cens. dis. 22. s. 1.*  
*num. 9. Caſti Palai, tom. 2. tr. 12. dis. 1. vni. punct. 6.*  
*num. 8. Coninch. de Sacram. dis. 14. dub. 15. num. 159.*  
Dicastilli, de *Iust. & iure. lib. 2. tract. 1. dis. 4. dub. 19.*  
*num. 354.* & aliorum assertentum necessariam esse de-  
clarationē Iudicis Ecclesiastici super incorrigibili-  
tate Clerici; Tum quia hæc incorrigibilitas priuat  
Clericum priuilegio, & seculari iudici subdit: sed  
nullus afficitur pena, etiam ipso iure lata nisi deli-  
ctum declaretur. Ergo. Tum etiam, quia hæc incor-  
rigibilitas tribuit iurisdictionē, sed qualitas tribuens  
iurisdictionē probanda prius est. Ergo. Adde quod Iu-  
dices Ecclesiastici raro procedunt cōtra Clericos de-  
linquentes per viam incorrigibilitatis obseruando  
formam *dis. 1. cap. cum non ab homine.* nec integrè per-  
ficiunt eius solemnitates, ut seculari iudici pateat  
aditus procedendi contra illum, absque alia decla-  
ratione.

5. Sed ut satis probatum est, licet Index Laicis  
non possit punire Clericos, exceptis casibus, de quib-  
us suprà ante sententiam degradationis, quicquid al-  
serat

serat Rabardeus; Difficultas tamen est, an Clericus pro enormissimo crimen sit degradandus, & Curia sacerulari tradendus, absque eo quod non sit incorrigibilis. Aliqui Doctores affirmatiue sententia adhaerent, quorum nomina inuenies apud Iulium Chartar. decif. Crimin. 66. u. 1. & Farinac. g. 8. n. 80. Verum ego puto non esse recedendum a negativa sententia, quam efficaciter probat Decius in cap. Cum non ab homine; præsupponendo primum dictum dispositionis dicti Canonis loqui in omni crimen, licet atrocissimo; vt illa verba demonstrant, & probatur per pronomen quibuscumque, ibi positum, quod ampliat, & extendit generalitatem dispositionis. 1. Qui autem. §. fin. ff. de constit. pec. vers. Quibuscumque verbis, cap. quia plerisque, de Offic. ordinari. lib. 6. & lat. scribunt Decian. resp. 35. num. 23. vol. 3. Pronomen Quibuscumque, comprehendere omnem significacionem verbi cui adiicitur, etiam si sit impræcipissima. Bald. in l. 1. quæst. 34. ff. de rerum diuis. Decius, consil. 599. n. 2. & dicit. Bart. in leg. Generali. §. Vxori. ff. de seipsum. leg. Quod verba, Quicunque, & similia operantur, & ampliant significatum verbi; cui adiunguntur, vt etiam extendatur ad latissimum significatum; cuius doctrinam commendat Cardinal. Alex. in cap. si Romanorum, disp. 19. & Alexand. atque Aretin. in l. 1. de legat. 1. dicunt verba generalia, & vniuersalia recipere restrictionem ab aliis iuribus, aliter siue generaliter loquuntur, ita generaliter intelligenda sunt. Ex pronome igitur, quibuscumque, ibi positio, constat comprehendi sub eius dispositione omne delictum, quantumcumque atrocissimum. Deinde text. dicit, depoñendum esse a Iudice Ecclesiastico. Deinde subdit, quod si depositus incorrigibilis fuerit, &c. Quæ verba secundum Dec. referenda sunt ad præcedentia, vt not. in l. Iulianus. ff. de bared. insit. Ergo & ipsa incorrigibilitas consideranda est in qualibet crimen quantumcumque atrocissimo. Hanc Decij inductionem sequutus est Berous ibid. n. 181. dicens: Bene sciuissime Pontificem multa esse delictorum genera grania, & grauissima, vt omnia comprehendet, vsum sive illis verbis vniuersalibus. Altera potest esse illius text. inducit ad hanc opinionem comprobandum; Nam cum dixerit, si depositus, incorrigibilis fuerit, & in profundum malorum veniens, contempserit: Subdit, ne possit esse plurimorum perditio, per sacerularum comprehendendus est porestatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pena inferatur. Dicito, ita quod, habet vim taxationis. Alex. in l. legata iniurilater, de legat. 1. Ruin. in consil. 1. na. 12. vol. 4. Hippolyt. Rimondal. in consil. 482. num. 78. & regulariter proferri debet ad declarandum, & limitandum. Gabriel. in consil. 111. n. 24. volum. 1. & dicuntur addere modum, & speciem rei dispositæ; l. cum tale. & l. Titio, in princ. & §. Titio, fide condit. & demonstrat. Fassol. in decif. Rota antiquioribus, causa 11. dub. 31. num. 2. & sicut exilij pena non est mors, ita verba illa, vel alia legitima pena inferatur, debent intelligi circa mortem, & sic similis. Gloss. in l. si fugitiini C. de seru. fugit. Decian. respon. 55. num. 7. vol. 3. Sed pena Exilij vel simili a Iudice Laico imponi non debet pro delicto atrocissimo. Ergo concludendum est, illas irrogandas esse solùm ratione incorrigibilitatis; non igitur sola depositio, sed mixta cum incorrigibilitate, sunt causa tradendi Clericum criminosum, iurisdictioni Laicorum. Se cunctò confirmatur ex text. in cap. de liguribus 23. quæst. 5. vbi Romanus Pontifex contra Rebelloes Sedis Apostolicae, & Schismaticos cessante incorrigibilitate, penam tantum excommunicationis imponit. Et tamen, Rebelloes Sedis Apostolicae incurvant crimen Læsa Maiestatis, vt est Gloss. Bartol.

in it. qui sim Rebelloes, in verb. rebellando. Tertio corroboratur ex text. in cap. Tua de pan. vbi Innoc. III. rescriptum, Clericos in Larrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprehensos a suis Ordinibus degradandos, & in arctis Monasteriis, ad paenitentiam peragendam detinendos fore. Quartuero probatur ex text. Quemadmodum a nemine in hanc sententiam expensum legi in Clem. 1. in princ. de pan. vbi Clemens V. aduersus eos, qui ceperint, bannuerint, percutierint, & interficerint Episcopum multas, grauissime penas constituit: Nec tamen statutum Clericum huius Sacregij reum esse degradandum, Curieque sacerulari tradendum, quanvis crimen hoc grauissimum iudicetur.

6. Neque huic textui repugnat text. in cap. si quis Sacerdotem, 11. quæst. 1. vbi statutum est, quod si quis Sacerdotum, reliquorum Clericorum Episcopo suo inobedient fuerit, aut ei parauerit insidias, contumeliam, aut calumniam, vel convicia intulerit, & conuinci possit, depositus, Curie sacerulari tradatur. Quoniam text. ille intelligitur habere locum, quando Clericus est incorrigibilis, ex sententia Glos. in d. cap. si quis Sacerdotum, in verb. mox. in cap. si qui sunt in verb. vi imperatores. 2. quæst. 7. in cap. Non nimis in verb. tradatur, de verb. signific. & in d. cap. cum non ab homine, de iudic. Et hanc sententiam docent Doctores, quos citat, & sequitur Chartarius, dicta Decif. crimin. 66. num. 48. Fachineus contr. Iuris lib. 9. cap. 29. per totum. Martha de iuris. part. 4. contr. 2. cas. 130. num. 4. & sequitur Scaccia de iudicis &c. lib. 1. c. 11. nu. 60. & seq. & alij; Quibus adde Tobiam Pameister auctorem damnatum, & nimis infennum Ecclesiasticæ immunitati lib. 2. de iuris dict. c. 9. n. 101. vbi sic ait. Clericus in delictis quantumvis atrocissimis non potest deponi, a degradari, nisi sit incorrigibilis. Ita ille. Igitur in delictis atrocissimis Clericorum, & non exceptuatis, de quibus supradictum est, caueant Episcopi illos degradare, & Curie sacerulari tradere, sed in easu contingent consulant summum Pontificem, vt optimè obseruat Episcopus Scalensis tract. de irregularitate cap. 14. Farinacius, quæst. 8. num. 81. & alij: vide me ipsum in part. 1. trac. 2. \* Refol. 129.

7. Ex his patet non esse admittendam sententiam aliquorum assertentum, quod Clericus etiam in sacris constitutus, qui dimissi tonsura, & vestibus clericalibus, variis, & enormibus delictis se immiscerit, ipso iure privilegio clericali etiam fori destitutus est, ita vt absque aliqua degradatione poterit per Iudicem sacerularem puniri, quod procedit quando adeo huiusmodi crimibus deditus est, vt scelerum minister censeatur; ad eodum ut hoc in casu tria monitione non desideretur, quæ alias iure communi necessaria est: Ita Glosa in cap. ex parte de privilegiis Hostiensis. Et Butrius in cap. Perpendimus, per illum text. de sententia excommunicationis. Austerius, in Clementina 1. de Officio Ordinary, regula 1. fall. 19. & expounding text. in cap. fin. de vita, & honestate Clericorum, vbi Clerici negotiatores amittunt privilegium Clericale; text. in cap. 1. de Apostatis. Quam sententiam in præcepta testantur relatiæ Conarruvia, vbi supra. & in cap. unico, lib. 6. de vita, & honestate, vbi Clerici securæ omne privilegium Clericale amittunt, & à iudice sacerulari puniendi sunt.

8. Sed non immerito à multis haec nimis severa Sup. hoc su. indicatur opinio, quod Clericus, ex eo quod dimis. pta in Ref. si. tonsura & vestibus se multis involuerat criminibus, absque aliqua monitione priueret foti privilegio; Et ita Anchiaranus, in cap. 1. de Apostatis, scribit illius Canonis decisionem seruandam esse, vt huiusmodi Clericus solùm amittat Canonis privilegium, non foti, iuxta mentem Panonitani, & Cardinalis, in di. cap. Perpendimus; Ita Alex. consil. 8. lib. 1 num. 2. Socinus

109. per tot. & in aliis eius secun. di not.

Socinus, *confil. 12. lib. 1.* Syuester, *in summ. verb. Cler. 3.*  
 §. 9. Neque obstat dict. cap. unico, de vita, & honestate  
*Clericorum, lib. 6.* nam cum illa constitutio sit penalis  
 ad alios casus non debet extendi, iuxta vulgares Iuris  
 regulas. Et hanc sententiam ego teneo, quam tenet  
 etiam nouissimum ex Societate Iesu Dicastillus, *lib. 2.*  
*de iustit. tract. 1. disp. 4. dub. 9. num. 154.* cui addit Torre-  
 blancam, *in tract. iur. p. lib. 15. cap. 4. nu. 18. & sequ.*  
*Valboam de Magrouejo in lett. Salmai. tom. 1. ad cap.*  
*9. de iudicis. n. 3.* & alios quos citat & sequitur Char-  
 tarius, *decis. crim. 5.8. nu. 20.* Et dato, & non concelesto,  
 quod contraria opinio esset tenenda, tamen necessarium  
 esset, ut per sententiam Iudicis Ecclesiastici no-  
 tum esset Clericum enormibus se immiscere, & sine  
 habitu, & tonfurca incedere, aut cum habitu, & ton-  
 furca incidentem monitum ter esse, ne enormia com-  
 mitrat, alias Iudex secularis iudicare, & punire illum  
 non poterit. Quia qualitas tribuens iurisdictionem  
 prius probanda est l. 2. §. sed si dubitet, & l. si quis alien-  
 a. ff. de ind. Et tradit Abbas, cap. si *Clericus Laicus, de*  
*foco comp.* Quæ probatio non à Iudice seculari (qui  
 nullam ante probationem iurisdictionem habet) sed  
 ab Ecclesiastico, cui Clericus subiicitur, facienda est.  
 Præterea quia absque degradatione (excepto uno vel  
 altero casu) nullus Clericus à Iudice seculari puniatur,  
 sed degradatio fieri non potest, nisi præcedat crimi-  
 nis sufficiens probatio, & declaratoria sententia illius.  
 Ergo antequam Index secularis iudicet, & puniat  
 Clericum enormia committentes, debet à Iudice  
 Ecclesiastico sic esse declaratum. Et idem secularis  
 Magistratus, si sententiam ferat contra Clericum non  
 expectata Iudicis Ecclesiastici declaratione, contem-  
 pñs turbassèque dicitur illius iurisdictionem, quod  
 fit, ut sententiam excommunicationis ratione viola-  
 tæ iurisdictionis incurritore iure optime dici possit,  
*cap. Quoniam. & cap. fin. de immm. Eccles. l. 6.* & ita in  
 specie Collegium Paduanum egregie respondit *in*  
*confil. 1. post num. 11. verf.* *Aduic dicendum videtur, &*  
*nseqq. inter confil. crim. divers. in magnis. tom. 1.* vbi hac  
 ratione consuluit, non solum Prentorem, qui quendam  
 Clericum iussu Concilij Iudicium Quadraginta Rei-  
 publicæ Venetae, non præcedente declaratione Epis-  
 copi, suspendi fecerat, verum etiam eius Ministros  
 excommunicationis sententiam incurrit. Videas  
*Chartrarium vbi supr. & Castrum Palaum, tom. 2. tract.*  
*12. disput. unica, punt. 6. nu. 5.* Igitur ex omnibus su-  
 pradicis appareat contra P. Rabardeum, Clericos fa-  
 cinoros in delictis quomodo cumque gravissimis,  
 exceptis illis de quibus *superius* dictum est, non posse  
 ante degradationem à Iudicibus laicos puniri.

9. Non desinam tamen hic etiam adnotare quod  
 licet P. Rabardeo concedamus Clericum Assassinum,  
 non esse de gradandum, tamen doctrina eius est ni-  
 mis trunca, & manca; Nam dicendum est Assas-  
 sinum non posse à iudice laico puniri, nec subiici  
 eius iurisdictioni, nisi prius confest de qualitate As-  
 sassinij, & præcesset sententia declaratoria Iudicis  
 Ecclesiastici: vnde recte docuit Cardinalis Albanus,  
*confil. 13. & Farinacius, queft. 8. nu. 85.* Quod non po-  
 test Clericus vti Assasinum à Iudice laico puniri, nisi  
 postquam vti Assasinum fuerit ab Ecclesiastico Iudi-  
 ce bannitus, diffidatus, & condemnatus: Nam qualitas  
 quæ iurisdictionem desert, ante omnia difert, &  
 probari debet, tum quia sic decernitur, *in eis Index,*  
*de sentent. excommunicis. in 6.* Tum quia aliquem exem-  
 ptum esse, est res spiritualis, res autem spiritualis ad  
 Iudicem Ecclesiasticum spectat: Et tandem quando  
 nascitur inter Iudicem Ecclesiasticum, & seculariem  
 xl. §. vlt. dissensio, ad quem ipsorum iurisdictione pertineat, defini-  
 ad med. & dissensio, ad quem ipsorum iurisdictione pertineat, defini-  
 in Ref. 207. nitio pertinet ad Ecclesiasticum, ob maiorem ipsius  
 prope fin. & auctoritatem, *cap. si index cit. Ergo, &c.* Et hanc sen-

tentiam tenet ex Societate me citato P. Thesaurus in  
*praxi de pœnis. part. 2. verb. Assassinum. cap. 1. num. 7. P.* §. 2. post mo-  
*Dicastillus lib. 2. de iust. & iure. tract. 1. disput. 4. dub. 20.* dium, & i-  
*num. 356.* Molina tom. 4. tratt. 3. disput. 49. Castrum Pa-  
*laus tom. 2. tract. 12. disput. unica, punt. 6. num. 3.* Idem  
*docet Barberus in Confusat. Magistri Falgenty. part. 4.* 8. Ref. 297.  
*num. 52.* Barbosa de pœnit. Episcop. part. 3. Allegat. 110. §. vlt. po-  
*n. 13.* Ioannes Andreas in cap. 1. vbi etiam Geminia-  
*nus de homicidio in 6. Alexander confil. 166. n. 5. vol. 7.* Non est  
*Rolandus à Valle volum. 1. confil. 24. num. 62. Scaccia,*  
*de iudic. lib. 1. c. 11. n. 70. & alijs, quos citat, & sequi-  
 tur Bellett, in disquis. Cler. part. 1. tit. 3. §. 7. nu. 6. & pa-  
 ter ex Bulla Clement. VIII. quia incipit *Agua, & cir-*  
*cuspesta*, data Roma die 18. Decembr. anno 1595.  
 Et licet Clarus, & Capycus apud Martham, *de iurifl.*  
*part. 4. Cent. 2. ca. 129. n. 17.* allertant contrarium ob-  
 seruari apud fuos, tamen, ut optimè obseruant, idem  
 Martha, Scaccia de *indiciis lib. 1. cap. 11. nu. 76.* Farina-  
*cius, queft. 8. num. 86. & alijs: haec obseruari non po-  
 tut præiudicium afferre ordinis Ecclesiastico, aliter  
 esset contra libertatem Ecclesia. Vnde refellendus  
 venit Petrus de Vries ad Rit. 235. M.R.V.p. 2. n. 182.**

10. Nec obstat, quod Index laicus procedat con-  
 tra Clericum assassinum, absque degradatione, qua  
 ratione motus fuit Decian, in confil. 82. volume 2. ad  
 probandum hanc declaratoriam Iudicis Ecclesiastici  
 non requiri. Quia utrumque potest stare, & iudicem  
 laicum procedere contra Clericum Assassinum absq[ue]  
 degradatione, ex iudictu Papæ, ad notata per Glosa,  
*in cap. laicis. 1. 7. queft. 7. & a Crdin. in cap. Perperdimus,*  
*nu. 6. & 7. de sentent. excom.* Quæ degradatione in cat-  
 eris delictis atrocioribus per Clericum patratis requi-  
 ritur, cum, Iudici seculari puniendi traditur; Atque  
 ipsum Iudicem seculari non posse procedere ad  
 executionem dictæ pœnæ, nisi prius facta declaratio-  
 ne per Ecclesiasticum, alias sequeretur, quod Cleri-  
 cus ex sola imputatione Assassinij amitteret privile-  
 gium Clericatus, quod non repertit dispositum, &  
 est contra omnes iuris regulas, debet enim plenè de  
 eo confitare, ut Assassinij pœnae exequi possint, ut dixi.  
 Et idem contra Grammaticum, & Capycum, quibus  
 sed immērīcio adhaeret Farinac, queft. 8. num. 86. dicen-  
 dum est cum Marta vbi *sapr. num. 21.* Guazzino de-  
 fen. 39. cap. 1. num. 10. & alijs penes ipfos, de qualitate  
*Assassinij* Clericorum non posse cognoscere Iudicem  
*Laicum*, etiam quando delictum Assassinij esset notori-  
 um: Dicendum est igitur, absolute, declarationem  
*assassinij* pertinere ad Iudicem Ecclesiasticum, vnde,  
 si secularis Iudex præuenisset aliquo modo, posset  
 Index Ecclesiasticus, vti remedii Ecclesiastici, &  
 illum censuris cogere ad desistendum. Et tandem  
 claudam hanc Resolutionem verbis sapientissimi  
*Christophori Besoldi*, qui prius haereticus, sed postea  
*Catholicus* factus, in synopsi Doctrinæ Politicae edi-  
 tionis Ingolstadiensis, *lib. 1. cap. 2. num. 9. ait:* Clericos à  
*Magistratu Civili* puniri non posse, nisi degradatos,  
 eique à Clericis traditos, Malè itaque P. Rabardeus  
 docevit Clericos gravibus criminibus infamatos, etiā  
 ante præiuiam degradationem ad Episcopo factam  
 posse à iudicibus Laicis supplicio damnari. Quod non  
 solum improbat Sacri Canones ut suprà probatum  
 est, sed etiam Iustinianus Imperator in *Nouella 83.*  
 ut optimè obseruat inter alios Bellarminus, in Ref.  
 pons. ad *Epistolam cuiusdam Theolog. fol. 12.*

## RESOL. CCCXXIX.

An Summi Pontifices potuerint exemptionem. C. le-  
 ricorum concedere, inuisis Principibus laicis? Ex part. 7.  
 tract. 1. Ref. 14. alias 12.

§. 1. Negatiue,